

ficati Scill. t. 2. p. 164. Alii quinque dentes petrificati
 occurrentes copiose in Insula Malta, ubi Pechi d'ider-
 Matrices Bufoni- pi vocantur. Scill. t. 2. p. 164. Matrices Bufonitarum
 larum. occurrentes in Insulis Balearibus, ac Sardinia 3000 passus
 a Callari ad Promontorium S. Elie.

Caput XI.

Articuli minores, diversorum Animalulorum
 marinorum adhuc incertorum, secundum
 potiores autem Stellarum marinarum
 petrificati.

Sectio XXXVI.

De Articulis minoribus Animalulorum marinorum
 orbicularibus simplicibus, Trochitis orbiculares
 dictis, cum suis Entrochis, seu Columettes,
 id est, Articulis inter se unitis.

§. 127.

Trochita orbicu-
ares plani.

Trochita orbiculares supra et infra compressi,
 seu plani cum modiolis, qui neque in his, neque in aliis
 unquam deest, sed tantum aut a materia eiusdem
 substantia et coloris quandoque ita infarcti solent,
 ut omnimode obliteretur, aut propter parvitatem
 observari nequeat, quod receptas Structura suade-
 re videtur.

cum Modiolo

§. 128. Trochita orbiculares cum modiolis miris,
 minore, mediocri, ampliore, amplissimo, nunc eminente,
 nunc plano, nunc protuberans non apparente cum radiis
 quinque ex eo emergentibus, et ad peripheriam parvulo
 halore cinctam extensis.

§. 129. Trochita